



Spiculae auriferi montis garrulorum
Coma in regis parva sepe hinc,
Et hinc illa, nec in pulcherrima hinc de
Hinc autem illa hinc et hinc.



Spiculae auriferi montis garrulorum
Coma in regis parva sepe hinc,
Et hinc illa, nec in pulcherrima hinc de
Hinc autem illa hinc et hinc.

1850

Sancti tibi p meritis: Urbs o generosa: coronā
 Contulit in reges prestita saepe fides.
 Tāta tibi lause est hoc nomine: gloria tāta est:
 Orbis iure tibi totus vt inuideat.



Francisci Decij Valen

tini de re literaria asserenda Oratio ad Pa
 tres Juratos / Senatūq; literarium
 Lucalibus ipsis publice
 habita Valentie
 Anno.

M. D. XXX. iiii.



Ioannes Angelus Bon
salues in Decianae orationis

editionem Senatū Populūq;
Valentinū saluere iubet.

Area Romana si quem facundia lūaque
Inter Auentinos commemorauit auos:

Extulit æternis si quem vel laudibus olim

Inter Cecropios Attica musa viros:

Doctilloqui hæc Decij digna est Oratio/Patres:

Quæ decus: et vestrum sentiat auxilium.

Argutus/diuēs/tersus/sublimis/apertus:

Docte tuam præstat Politiane: phrasim.

Quis vocum hic splendor: quæ rex hic copia ridet?

Quis sermonis bonos: quæ fluit ore Venus?

Sive iuuat Græcum profiteri/sive Latinum

Sermonem: Decius nomine utroq; placet.

Omnia sic firmat/sic inuenit omnia doctus:

Exprimat ut totum Rhetoris officium.

Oratur/narrat/partitur/colligit:artem

Sic tamen amplectens: omnis ut ars lateat.

De musis castus/pro musis dixit amœnus:

Instituit pueros: instituitq; senes.

FA 134.024
162.97635

Et teneant proprium singula queq; locum.

Sic animos sedat: sic dictis excitat iras:

Pro rebus varias seruat in ore vices.

Nulla hic furta latet/ nulla hic portenta repugnat:

Pannoso hic habitu frustula nulla rigent.

Dictio sed redolet Decianam tota figuram:

Omnia ab ingenio diuine nata/ virent.

Romanivt quondam pro libertate/ vouentes

Illustres animas / interiire Deci:

Haudsecus hic nostras Latio pro iure pericli

Contemnit: patrie dummodo profuerit.

Felix eloquio/ probitate verendus: et omni

Doctrina insignis/ religione pius.

Tanta animi integritas. tanta est constantia mentis.

Tanta in fronte fides. tantus in ore pudor.

Ergo agite/ Decij si florent grammata cultu:

Si Latius vestra vernat in vrbis lepos:

Si commune bonum: si publica iura morantur:

Si vos musarum diruta templa mouent:

Si vestros cupitis (charissima pignora) natos

Iustitui (vt par est) hunc decorate virum.

Filiis. a. 11]

Ioannes Beruegalius Decio
Suo Collegae doctissimo. S.



Scio: an quicquam in hac vita mihi cōtigerit in-
 cundius: q̄ quod modo Decio doctiss. Immo cer-
 to certius scio: nihil mihi tam iucundum contigis-
 se ynquam. Itane? inques: ita profecto. Audio
 enim: te iam Typographis orationem latinam
 (quam proximis Lucalibus publice habuisti): re-
 cudendam dedisse: id quod ve efflagitātib⁹ omnibus (quę tua
 est cum modestia cōiuncta humanitas) hacten⁹ recufaras. quo
 quidē nūcio quid mihi potuit opratius euenire: testis enim tute
 mihi es (qui mentiri nescis) quoties te non solum instig arim (q̄
 sępissime feci) verum etiā obtuderim: enecarim: vt id in lucē ædes-
 res: quo p̄ a tribus Juratis inseruere: p̄desse amicis: blatero
 nesque istos a male dicēdo deterreret. Neque interim desy illud
 Epigrammatarij Poetę (nisi iam memoria exciderit) tibi obj-
 cere. Ne de aliquid magnum desideriosus homo es. Habes igitur
 summam iucunditatis meę non iniucundā occasionē. Quo
 noī tibi immortales (dum viuā) sum habiturus gratias: quod
 vnus Beruegalij veretui precibus annuens: quę multi a te iam
 pridem expectabāt: non inuenust⁹ p̄stiteris. Ceterum oratio-
 nem tuam quid laudē: mi Decio: rem per se laudatissimā: quę vel
 hoc maxime satis est laudata: quod tua est: atque ita tua: vt non
 aliū q̄ Decium: hoc est: Hispanię n̄rę dec⁹ deceat. Tāti est seruā-
 di cura dcorū. Grauib⁹ scatet sentētis: acutis: nec minus serijs q̄
 crebris. Aptissima verba appositissimum quoque locum nō inde-
 ceter tenent. Quid em̄ in ea reperias absonum: quid in amoēnū:
 aut inuēnustum: quid (obsecro) asperum: mācum: aut inane: mi-
 re: videas: sonātia oīa: amoēnitatis plena: venusta: polita: suauia
 decētiaque. Quid quod ad agionib⁹ veluti gemmulis quibusdā
 inspsa doctissimis quibusque arridet ofo tua: quę nō mediocrē
 dictioni addūt gr̄am. Anum hoc ausim adfirmare neminē. Hi
 spanię te vno hacten⁹ (q̄ ego scia) Lucalib⁹ sestis apti⁹ excogita-
 tasse argumētū. Quod quidē inuētū ita p̄tractasti: vt tractari meli⁹
 nullo mō possi. Quis em̄ (p̄ musas) narrationē apti⁹ expediuit:
 Ecq̄s texē dis ac reterē dis: colligēdis itex atque itex dissoluēdis

Joannis Beruegalis Epistola:

argumentis pugnat acris? Adde quod ita excelsè magnificeque omnia exornas: ita aptè disponis: ut non Valentinum Decium: sed Romanum illum Ticeronè legere dubio pcul mihi sua serim: quoties tuam et vere tuam: hoc est elegantissimam: lego dictionè: lego em̄ subinde. Jam (quod ad te attinet) Quid cōmēozem quā tā tibi laudē peperis: quod vn̄ omnium pulpitum defuis puero rum saluis hacten̄ fœ datum cōscendere: publiceque ipse partū tuū em̄ nō sis v̄ dignat̄: qua quidē in re (quod ingenue fatear) defecim̄ et nos annis ab hinc duob̄: qui orationculā n̄fam Tu calib̄ etiā festis eodē que loco habitā Catalão discipulo n̄fo reci tādam cōm̄isim̄. Et tu (Dē bone) q̄ orationē tuam tua actio ne cōmendasti. Vox sua uis: seuer̄ vult̄: oculi verecundi: manus etiam nō incōp̄ osite: et (quod magis mirādum est) tot̄ gest̄ ac corporis habit̄ dicētis modestiam ponebāt ob oculos auditorū. Quid multis: vn̄ Decius auditores mille ita totos raptos habuit: tenuit: cōciliauit: possedit: ut ab vn̄ ore p̄dere omnes viderentur. Nec min̄ stupebāt omnes: q̄ cum Virgillian̄ ille Aeneas apud Carthaginē audiebatur. Debet itaque Valentino Decio Valētia non min̄: at quid min̄ dixi: imo multo magis p̄ tanto in patriam officio: q̄ Roman̄ Popul̄ Decus illis Romanis multoz iā encomijs celebratissimis. Nisi plane filio suo aspa no uerca esse vult: quæ v̄ alienis blāda parēs esse solet Valētia. Sed iam hax̄ rex finem fecer̄ tuaz̄ laudum fluctib̄ obrut̄. At heus vn̄ hoc te nō possum nō orare: ut ofonē illā virgineā: quā ap̄ beatum Martinū de Virgine Matre pie ab hinc trib̄ annis legisti: pī etiam ædas. Nāc expectāt latini oēs: hanc virginis matris piētissimi cultores Valētini expetūt: hanc sacerdotes religio si venerāda quadam religione exoptant: auēt: ficiunt. De ea autē oratione (quam de natali seruatois nostri Ihesu Christi in Sacre Sedis Caplo (sic vocāt) presentib̄ Canonici habuisti) dicā nihil in presentiaz: ut qui a te illī ædificonē sim iam stipulatus. Da igitur aliquid nomini tuo: iniqū enim iam es: qui te ip̄m nois immortalitate tandem vellis orbare. Prodeāt lucubratiōes tuæ: prodibunt enim expectatē. Noli ingenium istud tuum diuini tāta gloria defraudare. Quin te ipsum iam a tātis adfere si lētij: qui bonas literas a tātis barbaroz̄ tyrannide doctè æque ac eloquenter adseruisti. Vale ac Beruegalū ex animo tuū semp̄ ama. Vale ite ex n̄fo Dialectico emporio.

Francisci Decij Valentini in
 oratione de re literaria asseren-
 da ad Valentinos Ju-
 ratos Præfatio.



Disce quod studiorum non tam ta-
 dio affectus quam ope destitutus (cu-
 non essent quibus longiora fove-
 rentur) Valentiam redire constitui:
 id unum continuo spectavi: ut Va-
 lentinorum meorum visibus inser-
 uirem. Mirum arbitror (id quod
 res est) frustra diutius laboratur:
 si non quicquid erat quod labore
 inueneram (quod quidam sane bla-
 dietes non nihilesse affirmabant)
 bene merita patrie reponere. Qua-

re accingi me ad hanc rem: ac diligenter lapidem omnem mo-
 uere coepi. Decurrebat imprimis illud utile futurum: si pauca
 la prius dialecticorum consilio nostro refecarentur: quibus de-
 cussis saniora cetera forent. Sed cohiberi me non pudore coer-
 citus: cum et id non fecisse etiam nunc pudeat: sed quod videre
 partim me operam lusurum: partim quoque molestia afficien-
 dum: cum nil aliud quam crabrones irritarem. Siquidem eo irre-
 pfit huius morbi contagium: ut ei curando non quouis medi-
 co iam opus sit. Reliquimus igitur ansam hanc: ac continuo
 illam arripuimus haud multum profecto dissimilem: quam ex-
 tus quidam felicissimus obtulit. Nam cum Sapia Vinellum
 reueteremur: Valentinum gymnasiarcham forte fortuna co-
 uenimus. Atque nobis iniunxit: ut solennem pro literis oratio-
 nem proximis Lucalibus haberemus. Anni vel libetissime neque

Præfatio.

facile oblatam occasionem non sum osculatus. Sane quod ea repatere mihi viam viderẽ: qua eo peruenirem: quo ptende-
bam. Ecce ergo vniuersam huius mei consilij rationem. Hoc
tam pulcherrimo munere potitus cœpi deinde diligentius co-
gitare: quita peragerem: vt plurimum frugis inde proueni-
ret. Neq; sic gererem: vt cum scientiam nil aliud q̄ laudarem:
ipse omnino viderer vituperandus. Quare vnguem subinde
arroderenti non decem annos finienda sylua se tãdem aperuit:
nempe de re literaria apud Valentinus asserenda: a deo illa mi-
sera multorum iniuria seruitutem agit. Neq; hic illud mora-
tus diu sum: quod literas non laudarem: cuius sane rei argu-
mentum fore videbatur: siquidem nullo alio cõmendari ma-
gis illæ possunt: q̄ si id cures: qua ratione recte cõmendentur.
Alio qui quid profuerit: rem haud scio an cuiq̄ ignotam pluri-
bus inculcare: cum interim illud totum in obscuro sit: quod ef-
se magis in aperto debuit? Quid quod etiam me hinc deterre-
re nonnulli conabantur: qui alios antea secisse hanc aleam pa-
rum feliciter affirmarent: quorum equidem et prudentiam et
eruditionem tantum non adozare consueuerim? Verum huic
obiectioni homo benemerendi cupidus facile illud opponebã:
non ea magis de causa ab incepto me desistere (si min⁹ erudi-
tum) debere: proinde quod humiliores sæpe dii respiciant: ac
interdum eis successus vel summos largiantur. fortasse quod
ea ratione illorum tenuitatem solẽtur: dum beneficis accumu-
lent. Illud quoq; de venere succurrebat: quam interdum infan-
tes vel primo iactu effingunt. Quid moror dicere? satis nulla
hæc omnia fuissent: nisi prudentia vestra: virtute: innocentia:
æquitate confirmarentur. Quibus factum plane est: vt certissi-
ma illa sint: atq; a deo de hac causa blandiri mihi successu iam
possim: qui Juratos nactus sim: qui exemplo ipsi de se probẽt:
quod admonere alios debeamus. Et iam nõ alia de hac re ab-
solutior oratio futura sit: q̄ si diu mores istos vestros spectare
liceret. Bene ergo res habet: quod hoc anno securi vivimus: q̄
eos viros habeamus: vt diuino potius munere huic vrbì da-
tos: q̄ hominum consilys electos dicas. Siue enim equestres
spectes: siue ciues: vtriq; non minus prudentia: eruditione: si-

Præfatio.

de: integritate: magnificentia: candore: constantia coherent:
quod alterutri acipem singulis excentis insuper alijs nominibus
commendantur. Quod vere Platonicam hanc urbem: quam diui-
nus ille non agnoscat modo: sed admiretur. Ubi Scipiones:
Catonesque non desideres. Quis ergo cum hæc videat conti-
nuo illud haud longe positum non contempletur: ratum hoc
frugis quod a vobis et metimus: et expectamus: tot vestralium
efficacissimas preces: tot egregias multorum orationes (quæ
in hactam pia Civitate subinde feruntur) tulisse? Adaus sa-
ne beneficium hoc est: quod ut vel fortunæ: vel hominum suffragi-
is ascribatur. Respiravit tandem res pub. quæ hactenus mul-
torum iniuria agitata premebatur. Inualuere licet: ac ita in-
ualuere: ut quæ iam moribundæ considerant: caput attollat:
auram caprent: vires reuocet: ac se in pristinam salutis condi-
tionem beneficio vestro restitui posse minus nolint: quod credant.
Uiget tamen detractor: et me ab æquissima vestri mentione
velut manu correptum: ad iniurias suas reuocat. Idem inquit
Deci: palinodiam tam cito? Laudas sane: quæ dudum pene
dixerim vituperasti. Siquidem opus esse adimonitione in tan-
ta Juratorum probitate negas: et tamen tu paulo ante eius-
modi orationem habuisti: ut curam iudicium: fidem summo pe-
in usdem desideraris. Satis hic. Pro suo ipsius gladio perit:
cum nos illa desiderasse profiteretur: et tamen a vobis nil adhuc
nouimus: quod accusemus. Multa vero: quæ suspiciamus. Ac
non hoc modo nouimus: sed quoque suspiciamus. Proinde quod
iudicium etiam illud quo tantopere vniuersa res literaria pe-
riclitatur: latum non sit: et tamē interim de vobis multis alias
experimentis æquissima expectentur. Quis ergo hic non me-
ram calumniam deprehendat: qui modo orationis nostræ ea
omnia de publicis illis literarijs muneribus pessime quidem dis-
tributis audiverit? Enimvero ego cum illa dicebam: id vnum
vtrique spectavi: ut communem quandam magistratum for-
mam proponerem: quam vtrinam peculiarem magis describere
debuissim. Neque dissimile illis feci: qui fabricas suas omne
genus calceis referciunt: ne omnino emptorem vllum frustra-
tum dimittant. Cum interim ego nil magis optem: quod oratio

Præfatio

nem habuisse: quæ competere nemini possit. At vero multi se in
domum nostram continuo conijciunt: cum interim nemini ar
ridcã: neminẽ puocem: immo nullum nõ abactum cupiã: ac
subinde vnico huic calceo pedẽ inducunt: vt iam si operis pre
cium stipuler: vnus omnium ditissimus futurus sim. Ego or
lachrymis stilum vertere: eiusmodi sunt quæ me nũc afficiunt.
Nam quideg op̄imum querar: quod videam non ita pau
cos sic publicis illis muneribus diuidendis stertere: vt diligen
tiẽ nihil adhibeãt. Plures: qui aures obturent: ac manifesta in
re conuiuent. Plurimos vero: qui nulla dissimulatione: sed
aperta iniuria ferantur. Quorum postremos furijs suis relin
quamus. Neq̄ enim habent: quod emẽ dent: si publico nomi
ne sequere ita cupiunt: vt ornatum lapidem pro viro obtruãt.
Illis sane stilus noster seruiat: qui miti paulo faciunt. si dos
siquidem hortari summo opere non dubitarim: vt toti in hoc vi
gilent: nenon doctissimos præficient: atq; a deo arbitrentur:
mediocrem in professore eruditionis excessum vtilitati sum
mẽ futurum: cum in singulos audientium illa trãsfundatur.
Sed audio iam quid nonnulli obijciant: esse plerumq; se mo
dice eruditos: vt consulere foris opus sit: ac quasi alieno hic iu
dicio pendere: tum mirum q̄ alij alia sentiant. Esto sane (noui
iam q̄ hoc recte multi possint) verum illud interim præstare de
bes: vt neq; ocio tardior sis: neq; quẽuis in consilium conti
nuo adhibeas. Sed tum eos qui eruditione polleant: tum qui
fide sedulo consuluerint: ita demum vt alios ac se fallere: tam
velint: q̄ nequeant. Prius q̄ hoc totum eregeris: in culpa non
esse non potes. Enimvero hunc lōgo dispẽdio disquirere op̄
non est: cum adsit Ioannes ille a Celaia vir integerrimus: idẽ
q; infinita pene doctrina toto orbe conspicuus: quem maio
res vestri celeberrimo huic Gymnasio scitissime præfecerunt.
Cui ne pbitatẽ an literas magis admiret nescio. illõ vnũ cer
to scio: quod laudare digneneutrũ possum. Qui se ab eo tẽpore
q̄ primũ in patriã suã. recepit: huc diurnæ cogitãtis suæ: huc
somnia: huc om̄iq; vniuersos singulosq; toti vltæ conatũ cũ
dirigit: tũ intẽdit: vt Valẽtinis suis litaria re augẽda p̄spiciat.
cui illũ Valẽtiẽ nõ min⁹ m̄toꝝ prudẽtia: q̄ vbiq; terrarũ iudi
cia oĩm prætulere. Atq; hũc vos ita habetis: vt nil magis ille dsi

Præfatio

deret: & et vobis inferuire: et rem literariam simul iuuare. Utrū
 q; hoc ita ambit homo alioqui modestissimus: vt nil aliud ge-
 stiat: nil cogitet: nil loquatur: nil deniq; suspiret. Noni equidē:
 (dicam enim qđ sentio) nouistis vos nouere sane omnes: qđ
 eo tempore literæ viguerint quo eius manu vniuersa gereban-
 tur. Cōtra vero qđ item elanguerint: cum aliorum arbitrio pe-
 racta sunt. At iam illi errare tunc demum potuisse compertū
 sit: cum ab huius sentētia discesserunt. Pessime ergo in literas
 consulatur necesse est: si qua huius sigillo firmata parum exci-
 derint. Credite mihi eruditio tanta falli nō potest: min⁹ quoq;
 a dorāda probitas alios decipere. Verum vt ad illud redeam:
 nil est quod a me præstigias hic metuatis. Veriora hæc profes-
 cto sunt: qđ esse debuerunt: nenon vtilia fuerint: quæ hactenus in
 multorum nocumentum patere nouimus. Atq; vtinam ego
 vere siue fallam: siue fallar. Aut non quoq; hic non fallerem: qđ
 non fallo. Satius enim id multo foret: si vni mihi: qđ tot mise-
 ris adolescentibus imponeretur. Jam illud vt iniquitatis tur-
 pissimam notam omittam⁹: qđ non humanum fuerit: a degre-
 gias aliorum opes cōnuere: cum interim tu nobis plumbum:
 (si dys placet) cōmēdare nitaris? Scio quid essem dictur⁹. P.
 nisi iusticia vestra omnino verbū reprimeret: vsq; eo nobilissi-
 me huic vrbī peculiare illud est: eo nomine male audire: quod
 omnia cæcissimis vt implurimum affectibus puertātur. Duo
 magis iam vobis enitēdum esse video: vt quam verbis operi-
 busq; æquitatē hacten⁹ præstitistis: eandem porro obtineatis:
 nenon oēs intelligāt: qđ honestissimæ ciuitati imputari solet:
 scelerib⁹ hominum eē tribuēdum. Simulq; posterierē plo vřo
 si excitare non datur: officioꝝ tamē collatione qđ similes non
 fuerint: magis improbētur. Dixim⁹ de hac re satis fortasse plu-
 ra: neq; tamē ad huc finē repimus. Illud etiam superest: quod
 vit multa aqua (quæ hominum iniquitas est) quibusdā dilue-
 rim⁹. Sat scio nō de futuros: qui ita hūc nřm laborē calumniē-
 tur: vt nos psonam induisse cōtēdant: qua comcediā nostram
 agerem⁹. Cui rei fidem abunde fortasse faciet: qđ nos omnino
 parussacendi nō sim⁹. Est id sane. P. nonnihil: neq; ego video
 qui me expungere ab eo albo possim: in quod me multoꝝ opū

Præfatio

nio inducit. serā sane æquo animo calumniā hanc: quam a
mollī nequeā: minus tamen velim agnoscere. Vos itaq; offi-
cium hoc meum boni cōsultite: ac si quid opera pdesse possim:
in communem studiosorum vtilitatem. Valentino Decio abu-
ti non dubitetis bene valete.



De re literaria

Francisci Decij Galëvini de
re literaria asserenda ad vi
ros Juratos senatūq;
literariū Oratio.

Venero
lecta a pto
napropria.



Estimare vos primum velim
P. C. Dignissime Rector: do-
ctissimi professores: studiosaq;
iuventus præsentem hanc dicē-
di apud vos occasionem fuisse
mibi vel iocundissimam. Non
tam qđ sperem: esse me hodie-
no die novi quippiam allaturū:
(cuius gratiam præcipuo quo-
dam studio inire cupiam) qđ qđ
habeam compertum: rem esse p-

De re ipsa:

necessariam distractos homines aliundeq; impeditos officij
sui admonere: cui rei beneficium illud nouitatis deesse quoq;
non video: dum illi longissima cessatione pro nouis vetera ha-
bituri iam sint. Quare si quisq; animum induxerat ad ea au-
dicenda: quæ in literarū comēdationem dici debere videbātur:
hunc obsecro: ad meliora vtilioraq; transferat: ne quodā mo-
do spe sua frustratus: minus nobis attentior sit. Est enim hic il-
lud minime contemnēdum: cui rei quisq; animum primum in-
tenderit: et de quibus audire se vel cupiat: vel speret. Nam quæ
admodum incausarum actione fieri videmus: vt breuissima
ad iudicem præmonitio manifestam plerunq; iuris rationem
pessundet: ita quoq; multum cōfert ad attentioris beneficium:
ca ne prius cognoscat an non de quibus dicendum sit: tum offi-
cit plurimum: si spe quapiam (in quæ animum primum dire-

Attento lō
go dicitōis
ambitu ex
industria q̄
sira.

Asserenda oratio

reueras) eorum audientium destituaris. Quamquam (ut iudicium meum proferam) quæ mihi hodie dicenda sunt: non multum a literarum commendatione absunt. Immo si propius inspereris: senties profecto: vix vlla alia re efficacius literas laudari posse: quam si ea tradas: et obserues: quibus omissis ne literarum quidem vestigium residueat. Nam quot iam quisque in futilem illam verborum inculcationem non stomachatur: per necessarias hominibus literas esse: demptam hominibus sine literis rationem: esse deinde literas rerum omnium multo pulcherrimas: ut pote immortales: et quæ dominum haud quam destituant tum ornamenta varia literis comparari: denique nil esse: quod in hoc genere acceptum ferri literis non possit: nil quod non literarum beneficio ac vel ipsam animæ vere felicitatem consequamur: hæc acquit tam ignarus. Quis qui toties legendo non intelligat? Quis tam obliuiosus: qui audiendo toties non meminerit? Quis denique tam stupidus: qui eius rei obtusione crebra non offendatur? Auleus ille Scyrtius cum audisset aliquando pluribus de re compertissima orationem: non passus ultra hominis intempestiuam eloquentiam: dixisti (inquit) non nihil: sed perbescentibus. Quo sane verbo inutilem illius loquacitatem compercuit. Quare vanus a deo non sum: ut bonas horas hic perdam. Non etiam tam inciuilis: ut de sapientissimis viris verba ne parum sentiam: manifestissimam sane rem ignorare arbitratus. At vero discutiamus iam quam utilis sit prior illa planeque arida literarum commendatio: quæ nil habet nisi ornamenta quædam et utilitatis causas. atque illud iam fateor: fuisse aliquando cum ea necessaria foret: dum homines ferarum more montes ac saltus peruagarentur. Quo tempore dubium esse non debet: profuisse eos quam plurimum: qui (expositis coeundi conueniendi: que rationibus) illam pro tempore cognitionem atque adeo initia prima literarum summo opere commendabant. Ubi nulla laudationis nimietas: nullus in dicendo excessus esse potuit. At nunc re tam obuia et omnibus apertissima: quis vanum non arbitretur: tum dicendo: tum audiendo momentum collocare? Quod ipsum facere plurimos videmus: nonnullos vero præter modum: quos ut imitari inquam nolumus: ita nunc acerbius

Cetera a re.

Benevolentia a persona aduersarioz instar ei quod est in prologo ad hærentis.

Ab auditoy persona.

Locus a contrario ex arte ad eliciendā cum ac ratione beneuolentiā.

reprehendere. Atq; vos per charissima vestra rogo: quem nã esse vidistis tam amicum/ac potius tam ab homine alienum: qui deliteris et virtute: vel non diceret bene/vel non optime sentire? Immo hoc passim suggesta deprecant: hoc pulpita lacerant: quod pulcherrime omnibus de virtute loquentibus/pauci aut nulli sint/qui vicij non inhæreant: a deo illud subinde in oblivionem actori venit: quod ante actionem nunq̃ nõ obuium est. Nos vero non tam deliterarum commendatione/q̃ de cõtemptu dicturi/attentionem vestram implozamus: qua impetrata/gratissimum vobis esse debere cõsilium hoc nostrum/offensuros facile profiteamur. Ac primum omnium de professorum officio dicam. Deinde. P. de vestro: quorum nutib; illi obediant. Postremo de studentium segnitie/quæ sola facit: ne cæteris nationibus (quorum præclara singulis diebus monimẽta admiramur) superiores simus. Enimvero illud vos præmonitos esse velim/posse me nõ aliunde accepta/sed quæ oculis hinc meis sum contemplatus peragrata propemodũ Europa/multa de hac re haud dubia quidem proferre. Quæ sane res me in hunc locum compulit: cum illos ingenio multo inferiores/labore potius q̃ villo alio superare tãtopere viderem: solosq; nos nobis ipsis deesse/cum omnia (quæ ad hanc rem necessaria sunt) potiora multo natura accipiam?. Quin ergo tam vtili rei dieculam impendimus: quæ (si feliciter consumatur) id lucri allatura sit: vt nos a Bathauoz Germanorumq; tyrannide vindicet (quã tot annos volentes videntesq; summo cum dedecore patimur) atq; illorum manes delectemus: qui magno nomine Hispaniæ parto/nos vbi vbi sunt degeneres saneparuq; de gloria sollicitos/audire sine molestia non possunt: istam vt quisq; damnum hic suum indigne minus ferat: tamen illa quæ patriam lædunt ac de honestant: cuius esse nos studentiores oportet: toleranda minime sunt. Neq; quisq; mihi nunc ad eorum vocatur imitationem: qui p̃ patria vitam pienuissime consumpserunt/vt petitionis magnitudine deterreatur. Illud certe exigo: quod nullo periculo/sed summa fortasse gloria præstandum est. Nam illud imprimis venire video in quæstionem: vtrine magis insigniter fece-

Doclit.
tas attentio
ni cõiuncta.

Propo.

Hæc narra
tionis vice
habent cũ
hic illa ne
cessaria nõ
sit.

Disserenda oratio

runt: qui morte patriæ vindicarunt: an quiclarissimis literarum
monumētis splendoris plurimum attulerunt. Atriq; certe
patria benemeriti: ac propemodum dignæ quo nomine: nisi
quod illi tunc patriam ob interitu / pituram deinde liberarunt:
Isti vero scriptis suis perpetuam reddiderunt: vt nulla porro
temporum iniuria olleatur. Sed iam Oratio nr̄a doctissimi vi
ri ad vos veniat: quib; bona pars concessa est ciuitatis illustrā
dæ: dum teneram iuuentutem per varia scientiar; genera pu
blice exercetis. Ac primum illud a vobis petere nō dubitatum:
vt omnem inter vos inuidiam propulsetis: quæ sine discipulo
rum damno esse non potest. Non hinc eam excludo: per quā
literæ augentur: dum interpretandis quisq; lectionibus aut
maiozem curam adhibet/ aut studium acrius intendit: deniq;
nil non mouet/ quo discipulis suis tum vtilior: tum hoc iplo
charior fiat. Nam hęc a deo nō reijcio: vt etiam eam necessariā
existinem: nenon literarij animi per contētionem attollantur
qui ocio ac torpore ceciderunt. Contrahūt enim subinde studia
fitum suum: quem contentionis virga excutere oportet: vt splē
descant. Quod si his laboris remissio segnitæ telas obtexuit
(quod euenire sæpe videmus) quis protinus has rumpendas
tollendasq; aut nō curet: aut eum dānet/ qui curarit? Sed vos
de vtra loquar: facile intelligitis. Et inam hic rem ignorare lice
ret: nō ipsa protin; (quo quo vadat) occurrat: latere in omē
tum nēcia/ a deo iam ostēdādi se frōtem pfricit. Esset tunc qui
dem et studentium vtilitaret nomini vestro consultū. Quod
cum illorum profectu ita coniunctum est: vt pares cum eo vel
grad; / vel decremēta faciat. Illud vero vnice me iam afficit:
quod duplex ego in vobis inuidiæ genus offendam/ ac timeā
vehemēter: ne dum genera illa persequor: tertij vobis occasio
nem dedisse videar. Quare patienter hęc obsecro audiat:
quæ animi candor dicat: nō vlla exagitat inimicitæ pcella.
Soletis vos viri dupliciter inter vos inuidere. Primum dum
studentes in partes factiose vocatis: deinde cum pro re cumu
landisq; discipulis contenditis. Sane vtrumq; hoc genus
mire subuertit proficiendū rationem: totamq; illam studio
ruin scēnā pturbat: tum secum plurima alia dnomine vestro

patria ob interitu

Partitio.

Expolitio.

Confirmatio.
110.

Afferenda oratio:

de dignitate: de anima: rapit: trahit: ac cōculcat. Nam priorum
 la quantum cladis suboriatur: videtis. Pueri superbiunt. Do-
 centur fastum. fiunt subinde min⁹ morigeri. Difficiliores se
 omnibus præbent. Non parentibus iam metus vllus. Non se-
 nioribus reuerētia exhibetur. Immo etiam quod iniquissimū
 erat (nisi vos ansa præbit: æquissimum fecissetis) vobis plæ-
 rūq; illi reluctantur. Hinc cōtinuo cōtentiones: hinc tumul-
 tus: hinc calumniæ: hinc conuitia: hinc detractiones: hinc vul-
 nera: et huius generis sexcenta alia monstra. Quæ detestan-
 dā. Itaneliter ac exercentur: sic conuenit ingenia educari: quæ
 fidei vestræ commissa sunt: Agite vero spectate iam: q̄ pulchre
 reliqua procedant: nimirum ex tam bellis orta iniurijs. Discunt
 illi quidem. At quid discūt: ensibus se accingere: pro libris sicas
 gestare: ferro conuestiri: neminem ac ne se quidem plerūq;
 ferre: nulli non detrabere: nisi quos factionis suæ ignorantissi-
 mos habent. Atq; hos mirum dictu: quātos faciunt subinde
 viros: vt præ soleis eorum Aristotelem possis contemnere. Cō-
 tra vero hos ipsos alij ex Aristippis Brunelos quosdā reddūt:
 adeo vt nulla vnq; Circe neq; tam varias: neq; tā repentinas
 metamorphoses agitarit. Quare quid hoc aliud est viri pro-
 fessores: nisi quod Martias facitis cōtentione vestra musas:
 et tenellas virgines sœuissimo mōstro commiscetis: tum ardo
 rem illum iuuentæ: q̄m extingui a vobis oportebat: acerris
 me incensuris: incensum acrius excitatis: Quod perinde sane
 est: ac si quis missus ad pacem componendam: dissidia noua
 induceret. An non cōcionatorem in pistrinum daretis: qui pro
 virtutibus vitia publice suaderet: at qui par fortasse vtrobiquē
 periculum est: nisi quod illius verba audientes continuo repe-
 lerent: horum vero insinuantur: infigunturq;: vt mouere ma-
 gis nequeant: durare tenacius non possint. Verecundorū profe-
 cto dicere: quæ mihi nūc de hac re in mētem veniunt: poenitetq;
 iam Anagyrim hāc attrectasse: adeo singula pessime olēt: dū
 quosdam leuicula quapiam occasiucula tercentum simul ani-
 mos ad inuidiam secum perturbare contemplet. Quibus ne-
 q; modus vllus: neq; finis est: nisi continuo insidiæ intendantur:
 erumpat sanguis: neces proueniant. Arbitrati sati⁹ mul-

Expositio.

Exclamatio.

Subiectio.

Compositio.

Stille.

**Paradigma cui si
 tirudo vio-
 la: ur.**

Curiosus.

Afferenda oratio

to esse/ad bñcipalũ tyrones suos exercere: vt quos erudiẽdos
susceperunt: nequitie suæ ministros habeant. Pulchrum sa-
de instituendigenis: mirum artificium: auctores venerãdos
qui ea in gymnasiis suis doceant: quæ gladiatoribus vel cogi-
tare sit turpissimum. Et tamen hæc in summa luce fiunt: vi-
dentibus omnibus. Nemo enim est qui non offendatur: nemo
rursus qui vlcer in animum admoueat: adeo omnes quæ com-
muniter lædunt: pertinere ad se non arbitrantur. Quod si nõ
multorum odio grauamini: si non parentum cohibet verecũ-
dia: si magistratum et huius clarissimi Gymnasiarchæ ma-
nus nõ deterrent: si deniq; omnium et eorum (quos sic corrũ-
ptis) iram non timetis: at sperate deos memores fandi atq;
nefandi. Jam vero illa toleranda magis sint: quæ cumulan-
dis discipulis fieri audio: nisi ex hoc atq; ex illo in idem armo-
rum discrimẽ recideretur. Ab mirum dictu/ q̃ multum magiste-
ri sui numeros implent: cum alioqui adeo nil sciunt: vt inter
eos quos erudiendos susceperunt: sedere plerũq; possint. Isti
ui, equidem horum nõ ita paucos nullis literis præditos/ rem
tamen suam huiusmodi fucis mirum in modum auxisse. De-
cupabant fere ciuitatem omnem tyranide: quam per plagia-
rios quosdam mirum q̃ commode exercebant: vt nulla præda
tunc temporis e manibus abierit. Dicam nunc quod risum ex-
citet: nisi iam parum christianum cuiuspiam esse videatur/ in tã
to proximi dãno/ omnino nõ contristari. Aderam forte non
ita dudum apud virum huius almæ vniuersitatis nescio ne
doctiorẽ an grauiorem: is mihi de hac re tragœdiã quam vi-
derat: suis actibus in hunc modum distingit. Parabat homo
quidam filium committere instituendum: qui cum incertus es-
set/ quid ageret: amicum (cui filij studẽtes erant) de ea re consu-
luit. Conuenit breui inter eos: vt perendie eius diei abirent:
tradereturq; eidem illi puer: cui alter suos addixerat. Verum
cum inter eundem/ apud cuiusdam domum diuenteretur: ve-
hemẽter ab hoc deterritus est: ne id ageret: esse. n. alium (quem
nominabat) multo commodiorem: qui compendio doceret:
atq; huic se amicissimum esse: vt iã ex amicitia vtiliora omnia
spectarẽtur. Deniq; repudiato illo/ huic nuptiæ paratæ sunt.

Tyrscull
ad palum e
xercebatur
auctore ve
getto.

Epiphone
ma p̃loris
partis.

Inuidie ge
ñ alteri.

Incurrẽs
rel geste na
rratio.

de re literaria

Conferentibus itaq; se in gymnasium / exploratori præda sa-
boluit. Qui hominem euestigio secut⁹ / dum ille amicum ad
professorem: miris technis adortur. Simulata primum ami-
cicia / nam sibi notum de facie aiebat: verum neq; locum: neq;
tempus meminisse. Deinde cum satis his rebus datum esset:
moræ causam rogat. Cõperta iam re: cepit subseruire tempo-
ri. Primum probans professoris illius eru ditionem: nequam
illi ex intempestiuo cõtemptu / imposturæ suspicionem incure-
ret. Effeta men in eo per multa præceptore indigna: quod præ-
termodum discipulis indulgeret: quod tardus esset: quod ni-
mio erudiret: quod in exigēdo diligētiam omnem superaret /
tum alia / quæ referre in honestum est. Quid queritis? hic bolū
e faucib⁹ arte sua eripuit. Neq; dicere velim: quāq; & hoc scio /
cui demū vulturi cadauer illud (ita. n. libet appellare iuuenem
alioqui ingenio felicissimum) cõmissum sit. Pro scelus insan-
dum. Hæccine inuidia est? Imo impudētia: imo sacrilegia:
imo homicidia. Purgate obsecro viri quibus hoc sarcinæ se-
det: purgate in quā / fæcib⁹ istis gymnasium. Extrudite id ge-
nus monstra: quæ sine multo incõmodo teneri non possunt.
ac nobis dignum musis habitaculum adornate. Sentiat per
vos iuuentus Valentina: parētes: res nostra literaria calamita-
tatis tantum euasisse. Ac si non vos cõmunis res / vestra saltē
ad id agendum moueat: quibus subinde filij sunt eadem in na-
ui periclitantes. Agite vero expediam⁹ iam / quænam hinc in-
cõmoda suboriātur: vt me nō de asini (quod aiunt) ymbra / ne-
gotium agere intelligatis. Nam dum in hoc toti sunt / vt disci-
pulos comparent: nil de festudys præmeditandisq; lectionib⁹
reliqui faciunt. In chaudi mediocris calamitatis ruina / stu-
dentes opprimunt: dum vel ocio tempus conterunt: vel frigidio-
ribus studys traducūt: ad deetiam / cum ex præceptorum som-
no somnia mera reportant. Hæmpe dum illi longa vix oscita-
tiōe experrecti / nullo præcūte studio / quicquid in buccā venit /
au lacius eructāt: ac pro oraculo subinde cõmēdant. Primi-
rum quod habet adagio: cape nihil / et serua bene. Estq; tan-
ta nonnullis hac in re confidentia: vt grauissimorū auctorita-
tē huiusmodi deliramētis prætexant: cum uelocum quidem

Interpreta-
tio.

pferant: quibus illos oppletos esse garrunt. Immo (quod p
 niciosissimum hie est) sibi nonnulli misere imponunt: magis
 se tunc e re dixisse arbitrantes: cum ea minus vera sunt: q̄ te
 mere effutuerunt. Accedit his omnibus concessa pueris li
 centia: quam indulgentibus magistris/audacule citra timo
 rem amant: amatam amplectuntur: amplexam vero in per
 niciem suam fouent. Nam cum ætas ea ad vitia procliu
 sit: tum ratione nulla gubernetur: necessarium est in varios
 scelerū scopulos illidere: perinde ac nauim/nullo clauū regen
 te. Siquidem clau⁹ nauī idem est: quod puero metus. Hoc
 ille ducitur: etiam si magnis fluctibus agitetur. Atq; perie
 rit: si prudenti gubernatori cōmittat: qui tēpora omnia sciat
 inuētutis: qui in hanc et illam verſet partem: instet/reducatur/
 declinet/ūniq; omnia nozīt: quibus possit a vitiorum nauſra
 gio fluctuātem ætatem asserere. Jam vero qui timeat is: qui
 se omni genere blandimentorum lactari nozīt? Qui se metui
 magis q̄ metuere? Qui (nil offēnsūculæ cū acciderit) videat
 tñ ab institutore suo magna se diligētia moliri? Hæc si gra
 uissimo viro facta sint: continere se intra officium suum vix
 poterit: et vos ardētem ætatem/ excusso metus freno/ cohibe
 ri posse existimetis? fateor ergo vix aliunde magis incōmodi
 pueris accidere posse. Nam cœtera quæ d̄ cōmestatione/alea/
 venere/oculo cōmissa sint: metu facile emendātur. Hoc tñ vnū
 sine se/ resarciri non potest. At quispiam Quintilianum gra
 uissimum auctorem opponet: qui pueros crustulis et id gen⁹
 blandimētis/ allicie dos plær unq; cēset. Scilicet/ vicerat hic:
 nisi illud sequeretur: vt ea ratione ad literarū amorem magis
 incitarētur. At isti nō ad literas/ sed a literis: nō hortātur/ sed
 blādimentis suis dimouēt: vt quib⁹ non studētū pfectū/ sed
 vtilitatē suam quærūt. Cæterum Quintilian⁹ neq; omni æta
 ti/ neq; quibusuis ingenys/ illectamēta suadet. Prouitos in
 bet allicie: ne seuitijs statim d̄ territi: literas odisse/ q̄ amare pri
 us incipiāt. Tum adulta quædā ingenia velut manu ad lire
 ras ducēda sunt: si plagis retrahātur. Quod evenire sepius
 in multis videm⁹: nō aliter atq; iumēta quædā retrocedere
 tunc magis solent: cum calcarib⁹ acrius vrgentur. Hic er
 go quis non cēseat adhibēda crustula: si idem ipsis q̄ alijs

Argumentis
et eius pro
posito.

Diadatio:
Ratio.

Simile:

Exornatio.

Disimile.

Walerii
minus.

Cōplexio.
Articul⁹.

Orat. inst.
li. i. ca. ij. et
liij.

Ca. liij.

Simile

plagæ efficiât: finierâ iam: nisi illud venisset in mentem / quod
 plures audio factitare: qui dum discipulos comparent: neque
 se / neque Christum meminerunt: hac nimirum arte subinde im-
 ponentes: ut dimidiato anni precio condonato / asylum ve-
 rius quam ludum. aperiant. Qui cum fugitiuis ac transfugis in-
 colatur: mirum dictum / quod omne genus vicij singuli deturpe-
 tur. Tum surrepticij si qui modestiores primû sunt: paruo
 post tempore / ut habet adagium / sub claudicare didicerunt.
 Atque huiusmodi sceleribus impudentissimi homines merce-
 dis immunitatem prætexunt / sane hoc mellis acerbissimæ ve-
 neni potioni prælinentes. Quasi non id vel gratis charissi-
 me doceatur: in quo si nil peius esset: bona tamen ætatis pars
 frustra defluerit. Adde quod plusculi totam hanc tragœ-
 diam multorum periculis callentes / quos musis filios primû
 deuouerant: ad alias artes traducere compelluntur. Satius
 arbitrâtes indoctos filios / quam improbos habere. Vnde quantû ca-
 lamitatis rei publicæ christianæ impendat: iudicium vestrum
 sit. Ego sane plura peiora: que multo tacere: ne quod in pau-
 culos priuatim iacio: in cõmune a me dictum quispiam arbi-
 tretur / ac proinde præclarus virorum ordo paucorum scelerum
 in neglectum habeat. **Dirim**⁹ ut breuiter potuimus de p-
 fessorum officio: nunc quid in vobis. **P**. desyderem / breuissi-
 me spectate. **P**rimum optarim curandis his omnibus pro-
 eo ac debetis / manus vos ad mouere: neque sinere: ut pauco-
 rum labe cœtera contabescant. Etenim quicquid hic peccat:
 peccato vestro (qui id permittitis) peccatur. Neque iam quisquam
 est: qui siquam hinc iniuriam accepit: ad vos protinus non
 referat: et auctoritate vestra se læsum conqueratur. Quam
 rem iudicio meo facere merito videntur: si eorum (qui subdi-
 tione vestra sunt) culpam vobis ascribât. Et iam non is qui
 nocuit / sed qui ne ille noceret / curare debuit: noceat. **I**dochu-
 mana ratio dictat. hoc leges sanciuunt. **I**doque populi voces so-
 nant. huic succinunt diuina: idem vos non ignoratis. Quid
 ergo superest: nisi quod vniuersa hæc / ac vos ipsos cõtere di-
 catis: cum plane cõfiteri cogamini obere vos auxiliari. Qui
 ante vos fuere: maximum quiddam pro literis molentes / do-

Transitio.

Propo:

Ratio.

Confirma-
tio:

Treductio

Expolitio.

Cõclusio.

asserenda oratio.

ctissimum virum huic gymnasio præfecerunt: qui musas nõ
 tam coleret/ q̄ ope sua ingenioq; ornaret. Sed vtinã illi ab-
 soluissent: quod tam belle inceperant: ac nobis digna capite
 cœtera membra dedissent. At vero pro infelicitatem Valen-
 tinam/ in ipso statim initio ardoꝝ ille extinctus est: conatus
 neficio ne magis oppressi/ an flaccidiores: nullum p̄modum
 beneficium contulerunt. Nam vt illud summum erat futu-
 rum: si reliqua membra capiti aptassent: ita ego nunc nõ vi-
 deo: quidnã illis ex consarto pene mōstro / debeamus. Qua-
 re viri Jurati (siue a deo digna res hæc est/ vbi neruos v̄os
 intendatis) gloriã eius rei omnem (quæ in exitu posita est)
 præripite. amputate/ q̄ cōtagio suo lædūt: rursus assuite inte-
 griora. Hoc agite/ hoc loq̄mini/ hoc p̄fite: vt beneficio v̄o
 literarium corpus pro capite/ dignum sit. Non aliunde vo-
 bis felicius statuæ erigentur/ nõ aliud insigniora trophea
 constituat: hinc sane opima illa spolia captanda sunt. Quo
 vno ciuitatem illustrastis: nomen vestrum auxistis: prosperi-
 stis dignitati: deuinxistis musas: parentes securos fecistis: fi-
 lios liberastis/ deniq; hoc officio Christo summe seruitum
 est. Quin ergo pulcherrimę rei accingimini? Quin iam taci-
 ti inter vos de exordio cogitatis? Num insignem a deo præ-
 dam abire e manibus sinetis? Absit queso mens ista: auertat
 deus portentum: neq; oculi nostri id videant: quod videre/ si
 ne summa molestia nõ possunt. Jam illud quãto satius est/
 diligentiam (si quam suscitandis confirmandisq; parietib;
 adhibetis: quam certe adhibetis: ac eam quidem non medio-
 crem) huc omnẽ trãsserre. Rebus. n. difficilioꝝ/ grauioribusq;
 occurrendũ prius esse satemini. cura vero illa q̄ ædificijs impẽ-
 ditur/ necessaria admodum nõ est. Nam quorsum parietib; op-
 pus sit: si nil est quod contineant? Quid oportet expolire ex-
 teriora: cum ea quæ intus sint/ sordeant? Quid expedit/ hic
 tam crebos sumptus facere: illic vero ne tãtillum operæ adhi-
 bere? Nonne insigniter ridiculus esset/ qui summis impẽsis
 nauim moliretur: perfecto vero opere: conuiesceret: neq;
 amplius de gubernatore: nauclero/ nautis/ tum nostris tem-
 poribus machinamẽtis cogitaret? Atqui persimile istud est

Entymema.

Repetitio.

Propo.

Ratio:
Expolitio

A similit.

De re literaria

parietes crebris opellis resarcire: ac ne eos quidē semel videri: qui inhabitent. Literariam domum dirui/ ac reponere la-
teritiam. Quasi parietum tantum curam magistratu isto
geratis: et non reliqua fidei vestrae commissa sint. Videtis er-
go iam illud/ quod sit vtilius futurum/ si diligentiam omnem huc
transferatis. At quispiam fortasse dixerit/ hoc oneris doctis-
simo Gymnasiarchae nostro sedere: ut is urgendi/ retraben-
diqz: amputandi/ atqz substituendi curam habeat. fateor
huic imperium id esse/ sed nescio quo fato/ parum efficax: ac
multorum ictibus debilitatum. Proinde quod optabile vir-
fit: in tam licentiosa vrbe/ inueteratas consuetudines oblitera-
re: moresqz inducere meliores. Tū si quis hoc saepius conten-
dat: multorum reluctatione/ etiam si Athleta validissimus/
si non succumbit: lassatur tamē. Ceterum moueat vos Cas-
sitae exemplum: quae curandam cuiqz per se rem suam con-
sultit: cum saepe parum feliciter procedant: quae oculis agas
alienis. Addite quod auctoritas grauior in vobis futura est:
quod in eo sit: qui a vobis acceperit. Ceterum aut vos rē hāc
totam ignoratis: aut dissimulatis intellectam/ aut etiam neu-
trum horum/ sed parum ad vos pertinere arbitramini. Pri-
mum illud ego non video: qui esse possit: ut rem obuiā/ in ul-
torumqz querimonijs agitātam/ conuictis petitam/ in aper-
to nocentem/ nesciatis. fungi sint oportet: qui eam ignoret.
Nō ergo verisimile est cordatissimos homines: et eos quos
maxime inuestigare decebat: latuisse. Accedat iam illud alte-
rum/ minus fortasse de vobis suspicandum: ut ad rem tam
necessariā cōnieatis. Etenim quis hic prius mores vros/
ante actam vitā/ gentis splendorē/ animi integritatē/ deniqz
innumera alia non opponat: prius quod manus det: ac suspitio-
ne illa vinci se patiatur? Absit/ ut existimem/ tot puerorum in
commoda/ tot parentum vtilitates/ dissimulare posse quēquā.
Inhumanus sane sit: ferreus profecto sit: qui nō tot hominum lachry-
mis moueatur. Superest igitur: ut postremum illud agnos-
camus. Sed rursus hic quoqz perturboret rapior in diuersum.
Etenim quis iudicio vō sic illudat: ut id vos sentire arbitre-
tur: quod is qui senserit/ sentire nil possit. Vereat obsecro aucto-

Oblectio

Expeditio

Quo cop-
ross.

Traductio

asserenda oratio.

ritatē vřam/eruditionē singularem/multarū rex vřum/cru-
tatis nomen/oīm ora/qui notā adeo turpem/velit inurere.
At fortasse illud est qđ mibi nunc in mentē venit. *Ita* n. id
muneris vři esse negatis: sed grauiorib⁹ reb⁹ impediti/iusta
hoc opa vř fraudare cogimini. Scilicet legitima causa est. Agi-
te vero/přferat hic mibi quisq̄/řnam ista sint. Tacetis? sane
ego plane fateor: me nescire quicq̄ tñi/quod huic vel dam-
no/vel vřilitati cōferatur. Ac nō modo eorū q̄ intra vřumen
vřm sunt/sed quę aliorū magistratū ditione cōtinētur. Pro
inde qđ cōcetera fere alia/corpora solum respiciant: hoc vero
anīni simul picitentur. Etenim vt id tñi de officio vřo attin-
gam/qđ minimū non est: quot vobis dulcissimos somnos
cōparandę annonę sollicitudo rescindit? Quantum hic inter
vos segnitē execramini: vt impiū iudicetis/cum res postu-
let: momētum cōquiescere? Et tñ ibi vt cum Terētiano illo dī
cātres minę vř sunt: atq; de parvę pecunię agitur dispen-
dio. *Ita* vero/adulescentū ætas/mores/vita/ingenia/in pe-
riculū veniunt. Ad dīte si placet exhaustos parētum/sive locu-
los/sive oculos: vřsamq; expectationē. Tñ civitatis iniuriā:
cum ex his tales plerūq; ad magistratus asciscātur: vt eis
nolit pđitissim⁹ homo oves suas committere: tñ abest vt vi-
ros digne regāt. Superest igitur hoc oīm primū esse curan-
dum. Sed iam illa vřgēt/q̄ mibi superiorū oīm in causa esse
vident: nam audio vos indigēdis viris/quos publicis mu-
nerib⁹ donetis: nimium dormire. Immo quid dixi: vřigila-
re pl⁹ satis. Dū vnusquisq; affectib⁹ hic suis (vt pōt maxime)
obsecūdat: instatq;. Pro cōvitiō plerūq; ducēs/si sīp itē semel
suscepit: inornatū dimittere. Tum si qua in se officia sunt/hic
mercedē mlti reponūt: publicoq; incōmō/vřbita sua sarcunt.
Cui sane rei mirū qđ illa subinde reuocēt/maiorū stēmata: no-
minis splēdore/opes cōgestas: autoritatē summā: cōceteraq;
id gen⁹/neqd nō přficiāt: qđ eorū aīo libitū sit. *Ita* decine. *Ita*. in
qua tādē orbis parte sūt? *Ita* pē in clarissima vřbe. in ea clui-
tate/quę iam de pulchritudine/nobilitate/gloria/noīe/orna-
mētis: cū illustrissima quaq; cōtendit. *Ita* tēpora. *Ita* mores. *Ita* *Ita*
miserriā reipu. cōditionem. Ignoscite qđo. *Ita*. mibi voces
has: nō. n. aliter facere possum in tāta reipublicę calamitate.

Enato in
Eunucho.

Articulus.
P̄ arc no-
masia

Correctio.

Exclama-
tio.

De re literaria

dum cōsidero/plus damni/a patribus ei accidere/ꝫ vlli pos
sint inimici/ac non inferre modo/sed nequidem desiderare.
Atqui fingamus iam insensissimos hostes ciuitati nostræ di
ra imprecari:quid aliud primum optent/ꝫ literarum fun
damenta euelli(quibus cœtera tutissime committuntur)vt il
lis sublatis/tota rei publicę moles corruat? Annon id iã Ele
randri exemplo constat:cui Demosthenes inducta de canis
bus/ouibus/ac lupis fabula occurrit? Sane vero per si
mile hoc est/quod me nunc exagitat :et erumpere in illa co
git. Nam ignaros viros muneribus publicis obtrudere/nō
multum abest ab euersione literarum :nisi quod damnum
hoc latenter/ac velut ex insidijs adoriens:magis certe no
cet:ꝫ si aperto Marte sœuire conaretur.Sed video iã duo
hic esse peccandi genera:alterum graue/alterum vero pene
flagitiosum.Utrūq; certe summe ei vitandum:qui æquitatē
præstare velit.Sane in hoc incidit:quisquis in sano animi af
fectu correptus/aut pernitiōsa quapiam contentione/nil de
dignitate cogitat/dum id perficiat/quod in animum semel
induxerit. Immo plerūq; comperta hominis inicitia/tūc
minus iudicat esse cedendum/arbitratus vituperium esse:
imperfecta re/conquiescere.Sed hic furor est/quicquid agi
tat/aut loquitur. Cum sœpe viros eos ingerat:quibus sta
bulum suum cōmittere grauetur. Illi tñ miti⁹ multo faciūt:
qui dignos vtcūq; admonent:miserati subinde illorum ege
statē. Verum absit hinc. P. commiseratio omnis:quæ in pu
blicum damnum vertat. Dabitur alias id agendi tempus.
Cœterum adeone parum interesse putatis:doctior sit an ig
norantior/cui tot adulescentium ingenia:erudienda/regē
da/tractandaq; sint? Quod si palium scindi res ferat/non
quemuis continuo accersitis:sed eum qui manibus suis nō
nihil conferat ornamenti tota ciuitate disquiritis:et idem in
puerorum institutione facere grauabimini? Itane vobis pri
uatis obolus/publicis opibus charior erit? Comparate ob
secro iacturā. Illic de panno agitur:hic de animo. Ille corpo
ri seruit:huic corp⁹ famulatur. Illum licet siue mutare/siue
refarcire:hunc nō potes nouum induere:min⁹ quoq; medio

Plutar
ch⁹ in vita
Demosthe
nis.

Mioris ma
ius.

Asserenda oratio.

eri negotio emendare. Deniqz quod vestis corporis: id ani-
mo corpus est. Nisi quod illam paruo dispendio cōtemnas:
hunc vero sine te/odisse non potes. Quare viri Jurati expe- **Cōplecto**
giscimini obsecro ad rem tantam/quæ (si bene geratur) tot
secū vtilitates allatura est: sin male (quod Deus auertat)
vniuersa omnium incommoda superatura. Neqz satis existi-
metis/virum ad eam rem idoneū eligere: nisi eum certe deli-
gatis: qui maxime idoneus apud vos sit. Jam illud meminif
se libeat: qđ singulis horis ante pedes est. Neqz video quo-
tam infelici fato sit factum: vt maioris id vestri: aut non vi-
derint: aut certe quod proximum est: dissimularint. Nisi
iam existimemus huius rei gloriam: tot annos vobis ser-
uatā felicioze superum beneficio extitisse: vt qui felicis quoqz
multo sitis: absoluturi. Id ipsum ergo nūc argumento expe- **Episcbere**
diam. Enimvero si omne genus artifices opificijs suis exa- **ma.**
mina præscribunt: vt per ea solum ad magisteria sua perue-
niant: neqz vllus alia aditus sit: Quid vos hic Jurati: quid
censetis agēdum: vbi de hominum animis periculum est: du-
bitabi is fortasse delectum præsnire? An etiam tanti momen-
ti negotio vnum quēqz accingi patiemini. Non cuius infir- **Paradig-**
mantem nonnihil equum cōmittitis: et tamen filium ei tra- **ma.**
dere durum non est: qui omne genus plagis animum dūr-
pet? Nidi sane hisce oculis/vidi inq̄ vidi/dictam eis gravif. **Epimone.**
sine mulctam ab insigni hui⁹ civitatis magistratu: qui nul-
lo prius examine comprobati/curandis iumentis intende-
rent: et tñ interim charissima v̄ra nemo non temere arbitrio
suo exagitat: in corū lethali vulnere omnes stertunt: hic vul-
garis cura illa desideratur. Enimvero novit illud plebecula **Ratocina**
quanta fenestra ad fraudem pateret: si quis in honore il-
los suos irrueret. Quid ita: quia vn⁹ quisqz spe quæstus il-
lectus: maioribus q̄ pro viribus se accingeret. quare diligen-
ei tentatione oclusit aditū/vt cum nō omnes examinis ra-
tionem explerent: opificia paucis recte absoluerentur. Scite
ergo homuntionum vulgus (aut quisquis is fuit/cuius illi
imperium erequūtur) sapientissimis viris exemplum præsti-
tuit: quid ipsi servare debeant: etiam si non de filiorum ani-

De re literaria

mis negotium ageretur. Tam illud queso oculis subijcite: te-
stari vos hac cessatione/non tam quod eo anno reipublica
pessime curetis: q̄ quale in posterum habere velitis: proinde
quod eo tempore/qui ipsam potro administrant/forman-
di/instituē diq; sint. Enimvero dicam iam vobis libere: quod
sentio: nempe conatus omnes vestros pro re literaria irri-
tos futuros: neq; vllum fore prius bene merendi de literis lo-
cum/ q̄ eos e gymnasio extrudatis: qui digniores non sint.
Proinde quod temeraria multorum ignoratia/paucorum
doctrinam subuertat. neq; possit inde utilitatis quicq; com-
parari: vbi pauciores sint/ qui doceant/ q̄ qui noceant. Eius-
us rei exempla natura sepe fingit: homines obseruarunt: ne-
minem certe fore existinem: qui vel non dederit/ vel non ad-
mittat. Nisi iam quispiam tam perditus est/ qui aluearia nu-
triat: vbi plures fuci/ q̄ apes sint. vbi illorum doli/ harum so-
lertiam superent. Certe neminē esse tam insanum crediderim
qui superbam domum (quam impensarum mole quapiam
insignem cupiat) tenuib; superstruat fundamentis. De equo
prius vobis placet/ q̄ ephippia/phalerarūq; ornamenta co-
gitetis. Armozum vum prius spectam; q̄ sculptura accedat.
Lanæ sordes prius infector eluit/ q̄ intingat. Chirurgo vi-
cio datur: si relicta sanie/ cutem inducat: vt vlcus sit ex vulne-
re. Multi seruo irascuntur/ si parum diligenter frumentum
expurgarit: vt vel lolij granum prætermittat/ proinde quod
peripsemate illo deprauari farinam intelligant. Deniq; in
omnibus principia explorantur: non reliqua tutiora/ me-
lioraq; accedat. Quid ergo superest/ nisi vt fateamini/ cona-
tus vestros nullos futuros: beneficiaq; illa omnia hac negli-
gentia everti: Quare depellite vos/ o. p. Jurati per immor-
talem Deum obtestor: vos inq; quos christianam animi ratio
solicitos efficit. Abigite quæso incurabiles quosdam: qui nil
aliud/ q̄ inscitæ suæ scabiem affricant: pestem perpetuam lite-
rarum: ingeniozum deprauamētum/ sentinam eruditionis:
qui in propatulo: atq; a deo in loco musis/ religione/ maior
vestrorum auctoritate/ omnium consensu sanctissimo/ clarif-
simo/ honestissimo grassantur/ depredantur: tyrannidemq;

Propo.

Ratio.

Confirma-
tio.

Expolitio.

Cōplexio.

Afferanda oratio.

suam audacissime exercent. Qui lepra laborant/a vulgi con-
suetudine arcetis: alio relegatis/ ne aliorum corpora conta-
gio suo inficiat: hic vero animorum negotium spernere pos-
teritis? Jam quero vtrum peius arbitremini/ immerito pu-
blicum manus committere: an dignum defraudare? Certe
vtrumq; iniquum non negatis. Hoc tamen vni/ illud vero
multis esse perniciosum. Quid ita? quia alterius eruditio plu-
rium proposita est vel damno/ vel vilitati: dum multi/ quem
multorum, sapientissimo iudicio/ multis praefectum esse videt:
multum quoq; sectare/ audire/ credere coguntur. Tum ne a-
liud? est sane, quod vulgus (qui alias diligentiam vestram of-
culari solet) similitudinis argumento, ductus: in fidem se hic
vestram fortunamq; omnes suas (quae filij nomine periclitan-
tur) facile tradit. Idic ergo cum in tam celebri ciuitate (quae
Valentiae laus est) infinitus sit: quis non videt quantum dam-
ni sit subortur/ nisi principis illis diligentia vstra prospiciat? Et
agite viri Iurati: constituite vobis in hac re: imo nobis: im-
mo vtrisque/ ac vere vniuersis: insigne fortitudinis exemplum
paterno nomine/ vestro iuramento/ virtute/ fide dignissimum.
non est/ qd moremini/ paucos vos esse offensuros: cum hoc
ipso certe omnes offendatis/ quod offendere illos nolitis: a
quibus paucis/ multi offendantur. Amolimini eos/ qui sordi-
bus suis omnem aquam vincunt: ne qui indigni inuenti sint:
aliorum telam reterant. Neq; illud quoq; obstet: quod gra-
maticis inuitis satis esse videantur/ cum et haec Quintilianus
ab eo peti praecipiat: qui vulgariter doctus non sit. Proinde
quod rationem hanc absolutiorem is multo praestiterit. Neq;
interim sit periculum: nenon porro dedoceri illa debeant: quae
ab ignaro professore tenebre menti iniusta sunt. quo nomine
clariorem/ qd hactenus maiores vestri/ gloriam consequemi-
ni. neq; meo iudicio alia via patet: si eo perueniri desideratis/
vt Valentinum hoc gymnasium nobilissimae omnium ciui-
tati respondeat. alter enim nil egeritis. Nam si Valentinis/
neq; animus proficiendi deest/ neq; libri desiderantur/ neq;
ingenij vis non redundat: professorum copiam esse oportet:

Minoris
maius.

Ratiocina-
tio.
Eraductio

Correctio.

Eraductio

Pl. 2. ca. 5.

Inductio.

De re literaria

Utolotto quæ impediat: quo minus Bathaus illos si superare non
paritum in datur: certe æquemus/nisi iam vos satis illa non esse existi
ductiois. matis. Enimvero primum permittere non possum: alicui. n.
voluntas inest. Alterum bibliopollarum tabernæ negat: quas
singulis dieb⁹ diuersum proferre oculis vestris videtis. Ter
tium illud experimento subinde compertum est: vnus enim
nostratum Germaniam pene omnem eruditione sua præ
stat. Superest ergo professorum defectu fieri/ac potius redū
dantia. Jam graue non sit breuem quandam eorum hic in
tueri formam/qui teneram infantiam corrumpunt poti⁹/q̄
erudiūt: dum generosos puero spiritus sæuitia sua subinde
retundunt. a quibus nil audias: præter minas/ac terricula
menta. si hæc siquidem omni loco/omnibus horis/nullo iu
dicio inculcāt: puerulosq; ad omnem vocem concuti docēt/
verius illi digni: qui ita a tortore instituerentur: cum nulla a
lia parte præceptores sint. si eorum vero tyrānis adeo serpsit:
ita inualuit atrox inscīria: vt bonam ingeniorum partē oc
cupent: dum multi filijs suis/frequenti cruce/prospectum iri
putant. O certe manifesta reipu. literariæ pnicīe: siquidē isti
sēuitus suis puerorum mentibus detrahunt: vt non sit porro
integrū/instaurare. non aliter/q̄ si redundantem primo pan
num imperitus artifex (quem frustulis temere sciderit) iustē
vesti imparem efficiat. Agite vero quid hic præstabit doctio
ris peritia? Dispercam nisi simile omnino est/ quod multozū
immanitas de bene natis puerorum ingenijs detruncat: nisi
quod durum hoc non est: quod panni iactura non sit. Cui⁹
Aristopha rei dignas plærunque latebras/ac vere vt ille aiebat phron
nes. tistiria (siue etiam baratra cupias appellare) nanciscūtur: vbi
carnificinam exerceant. Unde pueros emergere cernas pal
lidos sane/ac liuidos. Non secus/atque olim ex antro illo
Trophony. Et tamen in huiusmodi aulis: mirum q̄ semul
ti iacent: quod omnia ad eorum clamorem misceri videāt:
quod subinde suplex puerulus veniam deprecetur/qui reg
Energia. na/qui impia/qui pōtificatum (dū crucē vitare studet) peda
gogo suo velut in somnis tradat. hic ille bone de⁹: potestatis

Afferenda oratio.

sure intumescens/minis insistit: interdum vero temperat/
sepro felici omine/venia gratiam reponit. fortasse quod eā
largitatem nouo imperio concedat. An cenētis mediocrem
fore plusculis lētitiaē rōnē qđ se p̄cipites: Cæsares / Antisti
tes breuiter quid non factos audiant / quos paulo ante su
bulcos nouerunt? Adtuat sane puer / vtile est / non tamē hor
reat / ac oderit / quod est summe perniciosum. Iſ non sunt iu
mentis omni tempore ictus infligendi: proinde quod callum
fecerint / ac tardiores ob eam rem sunt. Adde quod nonnulla
genuina vi stimulis obluantur. ita quoq; frequenti vulne
ri si puer assuescat / cōtemnere discet / vt omittam qđ plures sæ
pius hic icti ne nomen quidem literarum audire sustinent.
Superest iam studiosi iuuenes / vt vobiscum paululum col
loquar: quibus mihi datum esse videtur / illorum / omniū pec
cata propemodum resarcire. Sed heu infelicitatem: quis ve
stra iam emendet: qui ocio / torpore / ac somno / annos totos
sterntis? Qui studiorum inconstantia / memoriam subinde
illuditis? Qui ingestos plerūq; cibos aut respuitis / aut cer
te deuoratis? Quare non tam optandum est / vt alijs aditis:
qđ ne vos ipsos deficiatis. Idoc si p̄stiteritis: cœtera nō exi
gemus. Idabetis fere omnia natura meliora. Ingenium ex
promptum / viuax / acre: memoria vero tanta cuiq; fit: quan
tam sibi esse vnusquisq; velit: proinde quod cura et vsu pro
ducatur: fidemq; ex longa seruitute obtineat. Tum illa quæ
fortuna sunt: vobis non desiderantur. Siquidem librorum
p̄ceptorumq; copiā ita habetis / vt hoc plerūq; celeberr
ima gymnasia vobis inuideant. Valetudo vero (quæ pluri
mum impedire poterat) Felix sæpe constansq; est / neq; vo
bis hic negotium vllum faceffit. Quid ergo deest: quominus
cœteros superetis: et debitum nobilissimæ ciuitati splendorē
afferatis? Age vero noui iam quid plusculi causentur. Pl
millies hæc au diui. ciuitatis inquit illecebræ impedito
sunt: ita obuia / ita hinc inde aridentes / vt facile non sit cō
temnere: minus tamen amplectas reiectare: aut etiam eo pō
dere literarium hoc stadium celeriter percurrere. ridiculum /
quasi non hoc totum cordatum iuuenem magis stimulet:

Postrema
ppositio
pars.

Repetitio.

Pro loqu
hoc induc
tione pbaf
sufficiētis
diuisionis.

De re literaria

quod videat /sibi de mediocri pfectu in ea difficultate /sum-
mam etiam laudem deberi. Neqz. n. minora pericula magna
gloria comitatur: neqz qd ego iudicem: apud Troianos ma-
gno precio habendus fuit: qui Therfitem Græcorum igna-
uissimum superaret: cum ne prouocare quidem nisi summo
decoro /quispiã potuerit. Quare videtis iã quãta ex eiu smo
di blandimentis /virtutis seges gnauiter studẽtib9 proferat:
quanta inibi laudis materies occultetur /tantum abest vt
impedimẽto illa esse /vel debeant /vel certe possint. Atqz fingi-
te Valentia vobiscum ita colloquentem. Ego vos in lucẽ tu-
li: ego rursus ingenij dotibus extuli. Nil potui /quod nõ de-
derim /ac rursus ea dedi: quæ ciuitates aliæ non possunt.
Beneficio meo clarissimi viuitis: rursus beneficio vestro cla-
rior es eritis: si eodem ipsa obscurior non sim. Quare repo-
nite mihi hic mercedẽ: vbi beneficium minus non est. Cupio
vos quoqz in ipsa gratiarũ relatione arctius deuincire. Alij
labore hinc inde q̃runt /quod referant: vos a me acceptũ mi-
hi nõ largiemini: vt magis diu obtineatis: Hæc si patria po-
sceret: sineretis desiderio suo meritã cõtãdescere: Atqui signis
gestibusqz id innuit: quæ loqui misera in tãta calamitate sua
nõ potest. Quo circa studiosi iuuenes somnolẽtiam omnem
excutite. Libris assidete. Cõtantiã discite. Non. n. in vobis tã
ingenij acumen desideratur /q̃ maturitas. Nõ tam prompti-
tudo /q̃ mora. Sistendum potius ingenij est /q̃ vrgendum.
Duo siquidem hæc immortalitatẽ vobis iuxta remozantur:
desidia /ac inconstãtia. Illa nequid audiatis /phibet. hæc ve-
rone auditum retineatis /efficit. Etenim qui animi volubilita-
te laborat: cogitationi vlli persistere diu non potest /neqz
infigere memoriæ quod didicit. Plumbo (quod in loco ma-
net) imprimi aliquid potest: at argẽto viuo cum assidue flui-
tet: quis quicq̃ imprimat? Cogitate ergo /in eum vos locum
naturæ manib9 iam esse ductos: vt necesse sit /aut summa cũ
gloria vincere: aut maiori cum pbo /superari. Proinde quod
cum armis potiores in arenam hanc descẽdatis: omnis cul-
pa vestra futura sit. Quod si excusso situ /cicurare ingenium
in hoc potestis: vt literis immoretur: promitto vobis fore /

Profopo-
pocia

Maiores
minus

Dissolutio:
Similit de
finens.

Asserenda oratio.

vt breui interceptam gloriam recuperetis. **¶**Plurib⁹ itaq³ is
iacturam exposuimus: neq³ etiam tanti naufragij finem: ora
tio reperit: quippe cui⁹ amplissimam mercē numerosamq³
supellectilem singuli dies suppeditant. Quapropter sermo
ni filium præscindem⁹/ si modo illud iterum admonuerim⁹/
vt vos professores odium (quod sine odio/nominari nõ po
test) a vobis arceatis. **¶**Memineritis præterea/quid officium
vestrum deceat: qui non minus formandis puerorum mori
bus/ q³ erudiendis admoemini. Etiam ex eorum vel gloria
vel vituperio/plurimum sit ad vos transfundendum. **¶**Tum
recolatis nominis vestri memoriam: interpositam fidem: ex
pectationem parētum/bene nata puerorum ingenia/patriæ
iniuriam/musarum contemptum: hæc omnia e manibus ve
stris pendere: vt tollere/ac demittere arbitrio vestro/possitis.
¶Postremo adsint subinde seniculi parētes: qui multis exhau
stis laboribus: iuuentutem suam macerarunt: dum filios eru
dient/quorum humeris/miseris decrepitudinis suæ tempo
ribus inniterētur: quot laudum generibus profecuturi vos
sint: si expectatum solatium experiantur. **¶**Rursus quibus ca
pita vestra non deuoueāt: si ab spe sua miselli deciderint. **¶**De
testantes identidem perfidiam vestram: per quam factum est
vt non modo debitam: necessariamq³ consolationem nõ ob
tineant: sed etiam filiorum damno miseriores sint. **¶**Horum
igitur voces aures vestras subinde feriant: tot lachrymis ia
ctatæ/tot singultibus eructæ/tot plāctib⁹ expressæ. num De
um surdum existimabitis: qui non audiat? Iniquum/qui dis
simulet? ferreum/qui non commoueatur? **¶**Quare perficite/
vt eodem officio et tantum turpitudinis fugiatis: et parem
gloriam promereamini. Vos quoq³ viri Jurati: neq³ enim
vos obliuisci hic possum (vt quorum manibus totius nego
cij huius cardo vertitur) sed virtutem/ac fidem vestram su
binde appello: subinde implozo. Vos etenim si iuueritis/nil
quicq³ amplius erit quærendum. **¶**Quod vero iuuetis/
hæc omnia hortantur/patria/magistratus/nomen/indo
les/genus/educatio. Singula namque operam hic ve
stram iure suo petunt. **¶**Et tamē vniuersa/idem petunt: vt cum

¶Epilog⁹
vniuersal⁹

¶Amplifica
tiōis loc⁹.

¶Ampli. lo
cus.

¶Subiecto
ret miserae
mouēdis af
fectib⁹ effi
cactissima.
¶Comisera
tio.

¶Amplifica
tionis loc⁹

¶Amplifica
tionis loc⁹

¶Ab bone
sto.

¶Traductio

De re literaria

Ab contrario vni satisfeceritis/coetera nil petant. Quin ergo immorabimur
ni eadem opella/tot simul/tantaqz beneficia conferre: praesertim cum aliud agere non liceat: si vos nomine isto quod geritis/perhibere dignos vultis? Patres enim appellamini: num filios contemnetis? Vestris humeris respublica innitur: num subducetis vos: vt ruat? Quare auertite malum in gens? Miserandos reipublicae eiulatus audite. Huc vos vocat generis claritas/huc patriae pietas/huc tot adolescentium in virtute vestra sita salus. Cogitate vobiscum/quicquid hoc est laboris (quod reipublicae datur) vno anno absolui: coeterum nomen in omnem vsqz vitam vos comitaturum. Labor abibit/honestas manet. Labor brevis/gloria immortalis. Quod si vterumqz vestri memoria/structis magnificis aedificiis/relinquere satagitis: Quin hic quicquid in vobis siue masculi roboris/siue heroicæ virtutis est/totum expromitis: vbi nomen fuerit et honestius: et immortalius? Illud potissimum (quod huius negocii iugulum est) petite/vt gymnasium inuicti defecetis. Cui rei magistratum vestrorum flectite siue numina/siue lumina. Quae nisi abstergatur: contagio suo vniuersa inficiet. Rependite quaeso hoc literariae reipublicae/quae vobis tot viros tam vtilis/tamqz vsibus vestris necessarios gignit. Hic illa auxilium vestrum exoret/vbi de publico omnium commodo agitur: quorum cum vos praecipui sitis/vtilitatem certe maximam eo studio comparabitis. Statuite nunc exemplum/qualem porro reipublicam habere cupiatis: quae ita futura est: vt hi fuerint/qui temporibus nunc vestris instituuntur. Nos itaqz per luculentissimas maiorum imagines: per egregiam indolem/per sapientiae laudem: per nostram patriaeqz spectationem/per bene auspiciata studiorum initia oro/obtestorqz/tot adolescentium fortunam ne conturbetis: Valentiam ne desseratis: vt quae hactenus in campo gloriae ciuitates coeteras praecurrit: hic sui similis/beneficio vestro/esse possit.

Dist.

Decius aequo lectori. S.



Ecandide lector appellauim⁹: tuo olim iudicio rem omnem detulimus: quare morari tantisper libeat: dum causam nude narramus: de qua tibi libere pronuntiandum est. Habuimus sane nō ita dudum quā legisti / pro literis orationē. Eā

quidem nonnulli viri auditam / demore contemnebant: quod epilogo careret: neq; vulgarem illam prę se ferret dictorum enumerationem. Ingens profecto piaculum: et quod vir becatōbe redimatur: Scilicet hic nobis (si dijs placet) amplissimam rhetoricorum rationem pugno arctabit / ac in angustias rediget. Quasi vero non Cicero ipse doceat generalē illam collectionem fieri posse: vbi nulla pręsus dictorum enumeratio sit: et non idem subinde orationib⁹ suis testetur. Immo etiam quasi quispiam tot annis extiterit: qui hoc negarit. Enimvero illud prætermitti non potest: vt argumentis coronidem nullam adhibeas / aut etiam frigeas complexione. Siquidem eo tēpore schematū aculei infigendi sepe sunt / quibus iudices eo perpellas: quo causę tuę fauere cogantur. Neq; alibi magis cessatio nocuerit: proinde quod vniuersam argumentorum tuorum phalangem p̄ligasti: quā eo certe consilio tantopere instruxeras: vt virtute sua auditorum animos in partes tuas inflecterent. Hęc si nos tot commiserationibus / tot figuris in epilogo conati sumus: qđ illi latrant omissam conclusionem? quid male audimus de non seruata collectione? Age vero respondeat is: mihi tam oculatus / aliorum reprehēsor: vt etiam quod nō est / videat. Quidnam enumerationis in illa vel artificiosissima Ciceronis oratione quę pro M. Dilone scripta est (de generali loquor epilogo) legimus? Hęc non in hac modo / sed in omnibus fere quas illi habuit: istum hoc pueri nesciunt: solere cōclusionē fieri aut per enumerationem / aut per amplificationem / aut etiam (quod potissimum est) per commiserationē? Et tamē ego inibi amplificatione sepe vtor: commiseratione vero p̄

petuus sum: inducta subinde p̄popeia/quam autore Qui-
tiliano mouendis affectibus efficacissimā experimur. Quid
ergo isti obgannit? Jam illud nō diffitemur: bis me nulla
tenus protulisse: nam cœtera de satagimini ac puerilib⁹ nec
cio quæ alys /mera fuit calumniā: cum etiam si verba sic ex-
cidissent: ne pilo quidem minus docti haberi debuim⁹. atqz
adeo miserrimi ingenij est/ ac potius plane maleuoli: eiusmo-
di in eo viro morari: quem nonnihil eruditum cognoscas.
Quod vero nullaten⁹ dixerim: omnino temere nō fecim⁹: cū
multorum auctoritate fulciamur. Inter quos Antonium no-
strum referre non pudet: qui libro tertio nullatenus inter ne-
gandi aduerbia connumerat. sed pacem hic lector amam⁹:
etiam si aduersariū supplantare hostiliter possimus. Immu-
tauimus sane deinde nihil. Non quod de hac re magis no-
bis placeamus/ sed ne hoc detractor quoqz arriperet: vt sunt
nostri temporis non ita pauci/ adeo in res aliorum diligen-
tes: vt ne minima eos literula subfugiat. Immo plerūqz ipsi
sibi somniant: quod lacerent/ ac prociendant. Non his cō-
mentis apud ignaram plebeculam multiingæ eruditionis
opinionem excitent. Cum interim istis si scitam illā demple-
ris detrahēdi artem/ interdum quoqz nōnullis iocundam:
ne viciosa quidem nuce cōducātur. Et tamē hac strenue ac
cincti/ in precio esse non desinunt. Adirum non est (amicæ le-
ctor) delectamur enim sæpissime scurris ac morionibus: atqz
hos ridiculum/ quanto dispendio cōquirimus: cum interim
moriones esse non ignoramus. Quare non dubito futu-
ros/ qui vel hoc ipsum ad calumniā vocēt: quod ego æquif-
simo animo scriptum velim. Sed feram sane poenā cum ml-
tis communem: quam nulla certe culpa præcedat. Ac me vl-
rum esse non displicebit: qui detractorum latratum aliquan-
do contempserim. Satis etenim officium hic meum noui: vt
in me situm sit/ quid agam: non quid/ aut quomodo: hic vel
ille / s̄ me loquatur. Jā quoqz hic in extremo visum est/ nō
iniquum futurum: si erratorum veniā deprecaremur. Siqui-
dem ea passim lector offendes: partim quæ nobis ascribas/
partim q̄ calceographo. hęc tñ illis lōge plura fore nō dubi

Ad lectorem.

tam⁹: quae hominum eiusmodi est apud nos / siue inscitiam
appellare cupias / siue inertiam / siue vtrūqz. atqz adeo hoc
satis quispiā vir credat: nisi pri⁹ periculum fecerit. Disperes /
si vllum est tormenti genus / quod magis ingenium bonum
excruciet. Cum videas tibi relectis subinde mendis / aucto
numero nouas subpuliulascere: vt nil spei affulgeat / posse
tandem eo perueniri: vt tersum opusculum excudatur. Itā
vt omnis / Herculem esse / qui emendet: cuius virtutem / ac di
ligētiam admireris: superest negocij reciproca difficultas: vt
cum Typographorū Hydra sit concertandum. Quā nos
hac parte felicissime habuimus / si plurib⁹ conferamur: quo
rum operib⁹ alioqui clarissimis / excussoris incuria tenebras
offudit. quæ ea certe gratia accepit: vt in lucem ab eo ede
rentur. sed recte huic quoqz rei nos tunc prouidimus: cum
ad æquum duntaxat lectorem prouocauimus. Bene vale.

Habes Opusculum Joannis

Hauarri solertia / haud infeliciter excu
sum Valentia. Anno millesimo
quingentesimo trigesi
mo quinto me
se februa
rio.

FRANCIS QUARTIN